



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ioannis Tollenarii Brvgensis e Soc. Iesv Specvlvm  
Vanitatis Sive Ecclesiastes Solvta Ligataq. Oratione  
Dilvcidatvs**

**Tollenaer, Jean de**

**Antverpiæ, 1635**

Ecclesiastes.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68633](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68633)

possunt? Igitur quæso, vt quisquis hæc legerit, apud districtum Iudicem solatium mihi suæ orationis impendat, & omne, quod in me sordidum deprehenderit, fletibus diluat. Orationis autem atque expositionis virtute collatâ, Lector meus in compensatione me superat, si, cum per me verba accipit, pro me lacrymas reddat. Haftenus diuus Gregorius: cuius si affectum induere ac sinceritatem potuero, magnum me operæ pretium fecisse existimabo. Hoc igitur in votis habens, & vnicam in hoc Opere spectans Dei gloriam, cum Ecclesiaste vasa colligam, qui sub alienâ personâ ita de se concludit.

## SECTIO TERTIA.

## ECCLESIASTES.

VERSUS 9. Cumque esset sapientissimus Ecclesiastes, docuit populum, & enarrauit quæ fecerat: & inuestigans composuit parabolas multas.

10. Quæsiuit verba utilia, & conscripsit sermones rectissimos, ac veritate plenos.

## METRICA PARAPHRASIS.

**I**AM QVE opus exegi, quod nec Libitina sepulchro,  
 Nec potis est tenebris condere sera dies.  
 Sidera dum Titan alternâ lampade pellet,  
 Voluetur nostrâ pagina ducta manu.  
 Diuinum est quod dextra dedit, quod lingua profudit:  
 Largior vt Sophiæ proluit ora latex.  
 Expandi quondam, fateor, vaga Vela per orbem,  
 Quò vis ingenij, quò rapiebat amor.

LIIII 2

Ingens